

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 07 : De Phorcyne](#)

## Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 07 : De Phorcyne

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 07 : De Phorcyne](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII**

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 08 : De Phorcys](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 07 : De Phorcys](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

## Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 244v°-245r°

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Phorcys](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 28/04/2023

---

# Mythologia

marinam aquam Nereum vocarunt, ut est apud Ouid. in Dejanira,  
 Respice vindicibus pacatum viribus orbem,  
 Qua latam Nereus Corulus ambit humum.  
 Atque de Nereo satis dictum est, nunc de Phorcynē dicamus.

De Phorcynē,

Cap. VII.

10 **PHORCYO**, quem Latini Phorcum etiam vocarunt, fuit & ipse Ponti sive  
 Maris ac Terræ filius, ut testatur Hes. in Theog.

ἄντι δ' αὖθις δαίμονα φίλον, ἅπυ ἀντιφύφισαν  
 γαῖα μὲν γένετο, ἅπυ κατὰ καθ' ἑσπερίον,  
 ἰσχυρὸν δ' ἰσχυρῶτα ἰσχυρῶτα δὲ τῶν θεῶν.

Hinc Thaumanta parit magnum, Phorcymōsque superbum  
 Coniunctus terræ, & præstanti corpore Cero,  
 Eurybiāmōs simul, cui sunt adamantina corda.

Varro tamen Phorcynem Thosæ Nymphæ ac Neptuni filium fuisse scribit  
 qui filias habuit, præter commemoratas superius ex Cero, Phorcidas scilicet

20 & Gorgones, Thoosam; quæ cum Neptuno coniuncta Cyclopem peperit  
 Polyphemum, de quo ita scribit Home. lib. 1. Odyss.

ἀλλὰ στυγερὸν γένος ἀσπίδα κείνῃ  
 κύκλωπι κίχληται, ἐν ἑσπερίῃ δὴ κούρῃ  
 ἀτίθῃ σπυλοφρεσὶ τῶν κρέτα ἔστι μὲν κείνῃ  
 σπυλοφρεσὶ, δῖον δὲ τῶν θεῶν ἰσχυρῶτα  
 φέρουσι δῖον δὲ τῶν θεῶν ἰσχυρῶτα.

Verum Neptunus qui terram verberat undis  
 Succenset causa Cyclopis, quod Polyphemum  
 Lumine priuavit, qui robore præstiterit omnes

30 Inter Cyclopas; peperit quem Nympha Thoosa,  
 Filia spumosi, qui temperat æquora, Phorci.

Genuit etiam serpentem, qui mala Hesperidum toebatur, ut ait Hes.

κενὴ δ' ἀλλετρεσὶ φέρουσι φιλίῃται μύθηα  
 τῶν θεῶν δῖον ἔστι, ἐν ἑσπερίῃ κούρῃ γαῖα  
 πόρρεται ἐν ἑσπερίῃ κούρῃ γαῖα φιλίῃται.

Postremum Phorcæ cero coniuncta sed edit

Serpentem magnum; qui extremis partibus orbis  
 Sub tellure latens semper mala aurea seruat.

40 Habuit etiam Scyllam filiam, ut dicemus postea. Nec plura sætè de Phorcynē  
 leguntur apud antiquos. Fuit Phorcynē Ponti vel Neptuni, ac Terræ fi-  
 lius, & maris Deus, quem circulatorum aquarum motum nonnulli esse credi-  
 derunt, qui principium ab Oceano capit, & ab humore in terra existente. Hu-  
 ius vxor esse Cero dicitur exhalatio scilicet quæ calore & radiis solis exci-  
 tur: qui humor cum per æstatein grauiorem extenuatus tollitur, sit drao &  
 prope enim tremula sit illa exhalatio & obliqua, quæ per calorem solis at-  
 tollitur. Alii rem hanc ad historiam transferre maluerunt, dixeruntque  
 Phorcynem Sardinæ atque Corsicæ insulis imperasse, qui ab Atlante nau-  
 li prælio superatus, in ea pugna submersus sit, neque vsquam postea inuen-  
 tus,



tus, quare creditus fuit se in Deorū marinorum numerū recepisse. Cetera veto, quæ de illo fabulosè dicuntur, in eius gratiam fuerunt ad probabilitatem priorum ficta. At nunc de Proteo.

De Proteo.

Cap. VIII.

**P**roteus & ipse maris Deus fuit Neptuni & Phœnicæ Nymphæ filius, ut scriptum reliquit Zet. hist. 44. chil. 2. qui in Pharo Alexandriæ habitavit, Toronēq; ex Aegypto in Phlegram Pallenes profectus uxorem duxit. Nati sunt illi filii Thorone Tmylus & Telegonus, de quibus meminit Euripides in Helena. Hi postea peregrinos crudeliter inserebant cum adoleuissent, quorum luxuriam cum Proteus æquo animo ferre non posset, impetrasse à patre Neptuno dicitur ut in Aegyptum rursus ferretur: cuius preces cum audiisset Neptunus è quodam Pallenes hiatu speluncam sub mari fecit, in qua illum in Aegyptum vsque siccum perduxit. Deinde cum Hercules ob crudelitatem, qua in hospites utebantur, Tmylum & Telegonum obtruncasset, cognita exde filiorum neque lacrymas emisit, quia nefarii essent homines, neque risit, quòd essent filii; ut scripsit Theopompus lib. 8. rerum Græcarum. Xanthus vero scripsit in rebus Lydiæ Proteum Oceani & Tethyos à quibusdam creditum fuisse filium. Eurip. præterea Psamathen uxorem illum duxisse scribit, de qua Theonoen, & Theolymenum marem suscepit. habuit etiam Rhetiam & Idotheam filias, quæ Menelaum de re-ditu in patriam ambigentem, cum diutius in Aegypto detineretur, docuit ut recensibus pellibus phocarum indutus unā cum sociis tanquam phocis se inter phocas dormire simularent; quo tempore sub meridiem Proteus in siccum exiens inter phocas dormire consuevit, atque illum dormientem cōprehendens, tandemque retinere in varias formas se mutantem, quandiu in pristinam formam redierit. nam tunc futura demum illis prædicet omnia. Dicunt enim modo in aquam, modo in ignem, modo in feras, in arbores, volucres, serpentes se vertere solitum, ut ait Hom. lib. 4. odysseæ, ubi explicat consilium Idothæ, quæ carmina, cum multa sint, non ascribam; sed late illa breuitatis causa pronuntiabo; sic enim Græca incipiunt;

Dixerat: his ego sum contra sed talibus orsus.  
 Nunc sonis insidias diuini Diua recense,  
 Ne me præuisum fugiat, nam vincere Diuos  
 Viribus humanis res est valde ardua. Dixi  
 Sic ego: sed contra Dea sic est inde locuta.  
 Hospes verè tibi dico, verissima nosces.  
 Cum medio radiis iam sol accenderit æstus,  
 Aequoreus solet ire senex in litora verax.  
 Hunc Zephyro iactata senem regit alga marina.  
 Quem circum phocæ in spelunca è fluctibus altis  
 Egredia capiant placidam per membra quietem,  
 Spirantes salvas, & olentes, naribus vondas.  
 Huc ego te duram cum primum Aurora fugarit  
 Exortens, stellas; socios tres ipse memento

Q99

Diligere